22. 9br. 1733.

Que sint convenientia vel inconveniencia Juxta div
ersitatem casuum, provenientia ex usu elichinio
rum, et aliorum dilatantium?

Prima Interrogatio.

Que sint Convenientia vel inconvenientia Juxta diversitatem
Casuum, provenientia ex usu lechiniorum?

Respondeo de turundis vel elichiniis quod fiunt ex linamentis
sive laciniis a mollibus ac veteribus linteis excerptis, vel ex pannis
ustulis vel ex spongia, vel radice gentianæ, vel dragonteæ, vel brioniæ
vel ebuli vel similium, aut ex plumbi aut argenti canula; formæ eli
chiniorum plures esse possunt, vel sunt plani et ex his allii sunt maiores
alii minores vel rotundi, et qui rotundi sunt alii caput veluti clavu
habent ne intra vulnus ingredi possint, et allii non habent, et alii sub
tiliores, et longiores sunt, et alii crasiores et breviores et olivarem fig
uram representant, et alii canulati et concavi sunt et alii minime.
lineamentorum forma equalis semper est, turundarum vero inequa
lis et in lignei clavi formam ne intro labantur.
Rotundi penicilli si cannulati sint deserviunt in vulneribus variis
per transversum, factis ob continuam inspiracionem et transpiration
em et in penetrantibus thoracis vulneribus ad copiossam materiam
veluti emissarium continuo expurgandam, ne intus retineatur, qui
nisi caput haveant ligari devent, ut si forte in vulnus ingredia
ntur et in cavitatem decidant facilitter extrhai possint, quod
consequemur si forti ac valido filo in eorum summitate alligent
ur, et eodem pacto quo fuerint ingressi extrhai possint nisi sint
concavi sed longi et angusti, in profundis et angustis vulneribus conve
niunt, vel ad vulnus dilatandum, vel ad dilatatum detinendum, qui ve
ro vulnus ~~delatari~~ dilatari debent fiunt ex spongia vehementer compressa, et con
torta et filo arcte alligata, vel ex medulla sive radice gentianæ, drag
onteæ, vel alia simili materia, que in se humiditatem recipit, et paula
tim in maiorem molem augetur.
Fiunt etiam ex spongia vehementer quando volumus ut vulnus contin
uo aliquo humore madeat, qui vero solum dilatatum et hians, vulnus
detinere debent, fieri posunt ex stuppa, lana gossipio, filamentis tenui
linteo, et his similibus, et deserviunt etiam ad medicamenta conser
vanda, et saniem detergendam, et his tenuibus filamentis fieri debent,
sunt etiam in usu ad evaquanda materiam in cavis vulneribus con
tentam, sunt in usu ad novam carne regenerandam, et ad sanguinem
suprimendum, et obstruendo hoc efficiunt.
Etiam conpetunt secundum alliquos chirurgos in omnibus vulneribus in
quibus dilatari vulnus vel hians, et apertus detineri debet in sordi
dis cavis profundisque vulneribus, in sanguinis profusione ad medicam
enta detinenda, in vulneribus contusis ex morsu animalis factis,
et cum quibus tumor aliquis est conplicatus, in diuturnis vulneribus
et cum iam in ulcus degeneraverunt, et ubi aliqua ossis putredo fuerit fac
ta, in his vulneribus competunt turundæ, in aliis vero vulneribus cicatrice
absque his inducimus, etiam aplicantur sicci et aridi, et quandoque aliquo
medicamento inbibiti pro ut res ipsa exigit. hec est sententia aliquorum chi
rurgorum.

Sed inter Chirurgos datur magna contrarietas in usu turundarum, aliqui dicunt quod non conveniunt nisi in 4 casibus, alii dicunt in 8 ut Tagautius, meus magister in suo Jimnasio 249 dicendo nouem sunt casus in quibus suitio non competit: ergo 9 sunt casus in quibus turundę conveniunt. primus est quando vulnus est angustum, et valde profundum, ne superficies conglutinetur, et minime in interna parte. 2.us quando vulnus est cum deperditione substantię, cum tunc per secundam intentionem curari debeat.

3.us ubi vulnus satis sit ab aere alteratum, cum tunc mundificatione egeat, et si pauca fuerit alteratio aeris, leviter laviorum vulneris superficies confricandę ut sanguis provocetur, ut melius glutinatio fiat et postea suendum. 4.s in contuso vulnere suitio non competit nisi turundę, cum quod est contusum ut putrefiat sit necesse. 5.s quando cum vulnere tumor magnus siue apostema est coniunctus, cum tumor siue apostema prius removeri debeat, deinde vulnus curandum. 6.s quando magnus adest dolor cum prius dolorem lenire, siue removere sit necesse, deinde vulnus ut decet curandum. 7.s in vulneribus mortificatis, venenatis et ex animalium morsu factis suitio fieri non debet: ergo turundę cum venenum extrahi debet et non intromitti. 8.s ubi os fuerit denudatum, vel fractum, ut in vulneribus capitis. 9.s quando aliquis musculus siue lacertus ex toto per transversum fuerit precisus dicente Abicena fen. 4 Cap. de ligadura in fine, si fuerit lacertus, qui in latitudine sit disruptus, sui non debet, quoniam tunc non aggregatur, immo ponitur in medio licinium timendo ne incarnetur cutis et remaneat lacertus non incarnatus, quamvis possunt hec vulnera sui et in declivi parte licinium imponendum ut saniosa materia exitum habeat.

alii chirurgi nec turundas nec suitionem admittunt in his qui constanti animo non sunt, similiter in delicatis, et in Principibus, et in mulieribus, in puerum specialiter in facie, modus curandi hic est cum aqua sequente. R.e aquę vitę optimi vini et generosi ter destilatę, que si accendatur cum pesula in illa madida, flammam concipit, et pessulam adurit, venditur venetiis et dicitur aqua vita da vernice, sed si fieri potest destilletur per vitrum non per cuprum. R.e inquam istius aquę vitę lb VI hiperici, hissopi, millefolii an. manip. ij. thuris, mirrhę, pul. an. ℥iij infundantur per quatuor dies, postea destillentur per balneum, vel arenam bene obturatis capello et recipiente; aquam destilatam serva in vase vitreo bene clauso, ex hac aqua post aproximationem labiorum totum vulnus madefac. imo hec aqua vitę ter destilata cum infusione predictarum herbarum, et pulverum per octo dies habet facultatem sanandi omnia vulnera, infundendo illam et superimponendo pessulam madidam in ea, cum pulveribus mirrhę masticis thuris, sarcocollę et boli armeni, et superinfundendo pulveres hos, quos preparatos habebis semper. R.e thuris, masticis, mirrhę, sarcocollę, boli armeni, sang. draconis ana part. equal. pulverizentur, misceantur et supra partes ubi unio fit, aqua madida insperge, et supra inpone pessulam oleo terebinthinę madidam et liga, nec solvas usque ad quartam diem, et quotidie semel vulnus ligatum fove, et madefac eadem aqua vitę, quarto die solve ligaturam reperies vulnus conglutinatum, quod si non reperias rursus eadem facito, et per tres dies non solvas madefaciendo vulnus quotidie, post terciam diem solue et rursus cura ut supra usque ad duos dies; cum hoc medicamento inustilis est suitio sica quam vocant Chirurgi, habeo magna experientiam huius aquę et dicit autor huius aquę. Do tibi secretum maximum, facile parabile ad curanda fere omnia vulnera, quo si recte uti scieris lucraberis multam pecuniam.

Alii Chirurgi quod usus turundarum nullus in vulneribus convenire et probant hoc his rationibus. Prima ratio hęc est quia turundę neque ideo adhibende sunt, ut vulneris oras apertas servent, neque ut pereas medicamenta vulneris lateribus adhęreant. Prius hoc modo probant suam intentionem, quod antequam vulnus conglutinatum sit, ora eius semper pateant, ita quidem ut nec, si vellemus, claudi possint. Alterius usus gratia etiam non opus esse turundis putant, cum med

Cum medicamenta ita liquari possint ut commode in vulnus instillari queant.
Secunda ratio est, quia sint parti vulneratę naturę infestę et pondere molestę, unde etiam natura in hiis expellendis semper laboret. tertia est quia partem distendant, comprimant, doloremque excitent, et propterea novas fluxiones pariant. quarta est quod penicilli et turunde pravis humoribus imbuantur, et inquinentur, et malam qualitatem acquirant, quia partem vulneratam lędant; preterea quoque puris evacuationem impediant, et ut pravam et malignam qualitatem acquirat, faciant. quinto Hippocratem et Galenum numquam cum de vulneribus curandis scribunt, eorum mentione fecisse dicunt ex 14 method. med. Cap. 4 et de fract. sect. 3 comm. 21 videre sit.
Contra qui turundas usurpant, hiis rationibus nituntur. Prima est in vulneribus ideo necessarium esse turundarum usum, ut earum ope vulneris orificium servetur apertum, et puri exitus pateat. secunda est, ea de causa turundas esse usurpandas, ut earum ope medicamenta undique tangant vulnus, et ad fundum eius usque perveniant. Tertio ea etiam de causa turunde videntur necessarię quod hiis precaveatur, ne pars superior vulneris claudatur, antequam profunditas vulneris sit impleta.
Ad istas rationes respondent, et ad primam quidem, quod non plura excrementa in vulnere, si recte curetur generentur, quam a natura facile expeli possint. de inde et si generentur excrementa, turunde tamen potius exitum puri occludant, quam patefaciant. ad alterum vero quod turundis opus non sit, cum medicamenta si liquida sint ipsa ad vulneris fundum penetrare possint, neque etiam toties repetita medicamentorum impositione opus esse. ad tertiam respondent quod assiduus excrementorum effluxus, per externas partes vulneratas impediat labiorum coitionem, antequam cavitas carne sit repleta.
verum ut de ista controversia meam sententiam aperiam, equidem libenter concedo in iis vulneribus, que sunt superficialia, recta, et parum puris generant, turundas non esse necessarias, nec earum impositione temere vulneris curationem retardandam esse; sed si vulnus sit profundum, obliquum, ut puri exitus apertus per eas paretur, et via relinquatur, ut medicamenta ad interiora vulneris per ea penetrare possint, et ne vulneris orificium citius conglutinetur et coalescat antequam quod in imo est vulneris, conglutinetur, que si negligantur, et pus atque excrementa in vulnere detineantur, maximorum dolorum et periculorum causse esse possunt. ita Fabricius Hildanus qui quatuor exemplis docet.
Primum est civis cuiusdam coloniensis cui neglectis turundis vulnus, quod manu acceperat superficie claussum fuit, unde circa quartum diem dolor exortus fuit quem secuta febris, imflamatio et phlegmone, ita ut variis in locis exulcerata sit manus et non nisi magno labore restituta fuerit.
Secundum est civis Lausannensis, qui scalpello volam manus punxsit, et quia vulnus propter sui angustiam turundis apertum minime retinuit, chirurgus, gravissima secuta sunt simptomata, et eger vix post diuturnos cruciatus sanitati restitutus fuit.
Tercium est cuiusdam Hildenę, que spina summum indicem punxsit, cum vero propter causam antea allatam vulneris superficies coaluisset, et pus circa partes nervossas collectum fuisset, exortus est dolor, et mox secuta imflamatio, atque gangręna hincque sphacelus, que tamen abcisso ad metacarpum digito convaluit.
quartum est rustici prope lausannam qui malleolo spinam sibi infixsit, morbo autem neglecto et punctura nimis cito clausa, exortus est dolor, mox secuta in

inflamatio et gangrena, tandem sphacelus, totam tibiam invasit et occu
pavit, cum vero abscissionem tibiæ recusaret, intra paucos dies extinctus fuit.
Patet: ergo vulnera angusta, etiam si in partibus nervosis sint, turundis
tantisper, donec vulnus fuerit satis expurgatum, aperta retinenda esse;
cum enim in quolibet vulnere, pus colligatur, si ei exitus non patet reti
netur, paulatimque incalescit, et acrescit, unde in parte vulnerata præcip
ue nervosa sequitur dolor, qui sanguinem attrahendo gravissima simpto
mata excitat.
Monet Fabricius Hildanus turundas ea industria, ut ad minimum supe
rficiem vulneris, donec reliquæ partes sautiatæ vel ulcerato, et nerbila
tis expurgatæ fuerint, hiantem retineant, adaptandas et fabricandas
esse, ita tamen, ne partes nervosas conpungant, quapropter profun
ditatem vulneris diligenter obserbandam esse, et ne a[illegible]es turundæ
fundum vulneris, præcipue si nervus aut nervosum quid detectum
fuerit, comprimat, operam dandam esse. Angustissimis vulneribus, qu
ia turundam crassam non excipiunt, ex iliis vero nimis sit flexibi
lis hinc et inde reflectatur et fundum vulneris minime atingat, sesqu
ustum fili aurei, aut argentei, pro vulneris profunditate longum cà
rbasso involutum, et unguento aliquo anodino, et digestivo i[illegible]tum
se imponere scribit.
Responsio ad aliquos chirurgos et præcipue ad Ludovicum Septa
lium, quia obiciunt, non magni momenti sunt.
Ad primum enim quod dicitur, turundas non esse necesarias, ut vul
nus apertum servetur, cum oræ eius semper se pateant: id omnino
negatur, sepe enim vulnera pro vario ægri situ quem habuit, dum
vulneraretur sunt obliqua et anfractuosa, ut et si vulneris pari
etes et labia nondum coaluerint, ita tamen se contingant, im
premant, ut puri liber exitus non pateat.
Ad secundum ea ipsa de caussa, et cum vulnera non recta sunt me
dicamenta ita facile ad fundum penetrare non possunt, et licet vul
nus tortuosum et obliquum non sit, tamen non semper commodum
est medicamenta nimis fluida vulneri instilare, cum a sanie facile
abluantur, sed interdum crassioribus et viscidioribus opus est, quæ tu
rundis illita, diutius et firmius vulneratis partibus adhærent, et pro
inde vim suam rectius exserunt.
Ad tercium quod numquam orificium superius conglutinetur ante
quam inferior vulneris cavitas coalescat, et propterea orificium
turundis apertum servare opus non sit, falsum est, et experientia sep
issimê contrarium docet Guillermus Fabricius Centuria 4 obs. 7 exse
mpla duo recenset vulnerum quorum orificia fuere cito sanata,
vulnere intus nondum sanato, unde pus intus collectum fuit, et unde
gravia ac periculossa mala excitata, et quod dicunt continuum excre
mentorum effluxium facturum, ut orificium vulneris non claudatur,
suis præsuppositis contradicunt, cum dicant exiguam omnino puris copi
am in vulnere generari. esse deuent ut partem nec pr
Ad quartum turundæ nec nimis crassæ modo ei molestiam aliquam
emant, nec distendant, er omnino nullo modo ei molestiam aliquam
et dolorem pariant, neque etiam puri exitum intercludant, et si in
terdum tale quid accidat, quale quid Ludovicus Septalius lib. 8 ani
madvers. n. 10 allegat ex Hipocrate in historia Massiliensis, err
ata orificium arti imputanda non sunt, cum forsam vulnus non
toties quoties opus fuit detexerint; ubi tamen hoc monendum,
et si danda sit opera, ut vulnera sine molestia omni et dolore,
et

et certè, quantum fieri potest cum minimo fuerentur tamen omnis molestia ut in
aliorum morborum, ita etiam in vulnerum curatione abesse nequit et si omnia quę
qualemcumque molestiam pariunt, omitenda essent ut suturę ac fascię et deligatio
omitenda essent, semper inter duo mala eligendum est minus.
Ad quintum, nec ideo turundę omittendę sunt, quod pure inquinatę partem vulnera
tam ledant; nam quoties hoc modo conspurcatę sunt, detrahendę sunt, quod ipsu
ratam illam vulnerum detectionem impugnat.
fandem et si Hippocrates et Galenus expressè in vulnerum curandorum ratione
turundarum mentionem non fecerint, tamen nec eorum usum prohibuerunt, sed
potius ex his, quę Galenus de vulnerum curatione pręcipit, turundarũ etiam u
us quandoque probari potest.
his supositis dico levia vulnera et in quibus pus multum non generatur, naturę
commiti posse, et non multum referre, et si talia vulnera rarius detegantur, ut
verò in vulneribus gravioribus, et in quibus plurimum excrementorum pro
uenit, qui otiosus expectator et cunctator sit, et soli naturę rem omnem com
mittat, non suaserim, cum ex neglecta vulneris detectione necessaria tantum
una die damnũ et periculi suboriri possit, quantum postea integro mense non em
endari queat.
Turundę etiam, ut, ubi opus non est, vulneri imponantur, vel tales vulneri in
dantur, quę dolorem pariant, fluxionem concitent, puris effluxium imped
iant non suaserim: ubi tamen necessitas, et causę earum usum postulaverint,
eas sine damno omitti non posse censeo, quia tamen experientia extundit ar
tem, exemplo monstrante viam, non obito, quin aliquis et hanc viam experi
atur, sine ęgri periculo, et ut monent autores a levioribus et facilioribus incho
ando, atque ab his sensim ad graviora et difficiliora progrediendo.

Secunda Interrogatio, et aliorum dilatantium.

Ut vulnus ritè curetur, animadvertendum ne quid extraneum illud ingr
ediatur, quia si intra labia vulneris hęreat, eius glutinationem impedit, adeo
que totum extrahendum, quia extranea omnia in vulnera herentia, si apri
ncipio statim extrahi non possint curationem retardant, ideo aliquando conbe
nit dilatare, quantum opus fuerit, modo ne magnę arterię aut venę nervi
tendinesve secentur, sed si solum adsit sanguis in grumos concretus, his expr
essione, suctione, aliovè modo auferri debet, ita enim et minus puris gener
abitur, et simptomatum copia minor notabitur, sed si metus est hemorragię,
cruor omnis ex vulnere eximi non debet, si pili terra vel quid simile
intra vulnus reperiatur vino calido id abluendum. ossicula fracta mobilia si
sint in vulnere prima in deligatione eximantur, nisi emorragia inhibue
rit, si vero allis ossibus adhuc adereant naturę conatus expectandus, et vi
dendũ an ea iterum cum reliquo osse uniatur, an separatura sint.
si vitrum fractum spina sagita globus plumbeus vel aliud genus armorũ
quo vulnus inflictum est ei inhęreat leniter aciculis undè vel digitis, vel volsella
vel forcipe, vel simili instrumento apprehendi et evelli debet, sed ante extrac
tionem videat cheirurgus videndũ an ęger extracto tali alieno corpore viu
ere possit, ne his mortem patienti accersisse dicatur.
Modum vero Globulos plumbeos extrahendi quod expectat, primum perpen
dere oportet, num globulus, tam altè carni insiderit, ut oppositę parti mag
is sit vicinus et percutem aut subiectam carnem exterius tangatur, sol
et ad tactum apparere, ex durittie et figura, tuncque incidere partem
opositam oportet, et globulum ita recipere. et si globulus speculo non ob
servetur, quod non raro evenit in vulnere profundissimo membrum ita
collocandũ, ut suo pondere simul cum pure exire possit. Hoc si non fiat vul
nus curetur expectetque cheirurgus donec circa cutem sese manifestet
globulus, quod non raro post longam annorum seriem fieri solet, ut scribit
scenckius obs. med. lib. 5 Iuvenem quendam ęneo tormento ictum exc
episse tribus sub ventriculo digitis globulo in viscera adacto, eumque post pauc
os dies, emisso per anum globulo, nullaque noxa ullo in viscere relicta, sana
tum fuisse. etiam refert Pareus de milite qui nono post inflictum vulnus die
glandem per anum excrevit, et plane intra tres de hinc hebdomadas convaluit

de globulo plumbeo menses sex, nullo superveniente simptomate, inter cr
aneum et crassam meningem detento exemplum singulare havet Hildanus
cent. 2 observ. 2.
sed si potest chirurgus in prima die fiat extractio globuli, quia comodius et facilius
fit, cum adhuc membrum calidum sit, et minor doloris sensus accitur, quàm
cum ab aëre alteratum, et refrigeratum fuerit, si vulnus non satis amplum
sit id cultello incisorio magis dilatandum est, partim ut materie affluxus conce
datur, partim ut si adfuerint vestium frustula, vel ossis eximantur felicius,
quamvis semper digiti melius instrumentum sunt ad res extraneas eximendas,
si globulus nimis profundè delitescat incisio non profunda facienda est, sed vo
lsellis aut tenaculis aliisque similibus eximatur, sed semper patiens locari
debet in illo situ, quo vulnus accepit, alias fibre distorqueri possunt, et inde ma
ximus oboritur dolor.
si in osse sit infixus quod si reperiri nequeat totum opus, supurantibus vel nature
committitur, que exsacto aliquo temporis spatio, eiusmodi latentes in profundo
sine noxia gestatos globulos plumbeos, sponte plerumque propellere solet, ut supra
dixi, quod in ferreis aut eneis non succedit, qui cum rubiginem, vel eruginem
contrhant, vulnus sanari permitunt. Aliqui multa in vulnere, specilli circ
umactio, profundaque incisio ad obtinendum globulum omito, et fugienda est,
tamquam nature hostilis et valdè dolorosa ex qua nil boni expectari posset.
Eodem ferê modo extrahuntur sagitte et licet inter Christianos milites
hodie non usurpentur tela, Chirurgi sciunt scire et interest. hec ritê
extrahere satis difficilis est operatio, oritur dificultas ex loco potissimum, in
quem in corpus immissa penetraverunt. omne telum extrahitur, aut ab ea
parte qua venit, aut ab ea in qua tendit, illic viam qua redeat dicit Cel
sus ipsum sibi fecit, hic a scalpello accipit. Nam contra mucronem caro
inciditur. sed si non altê telum insedit et in summa carne est, aut ce
rtê magnas venas et loca nervosa non transit, nil melius est, quam qua
venit id evellere. si vero plus est, per quod telo revertendum, quam quod
perrumpendum est, iamque venas et nervos id transiit, comodius est ap
erire quod superest, itaque extrahere, nam et propius petitur et tutius eve
llitur, et in maiore membro si medium mucro transiit, facilius sanescit, quod
pervium est, quia utrinque medicamento fovetur. sed si retrô telum recipien
dum est, amplienda scalpello plaga est, quo facilius id sequatur, quoque minor
oriatur inflammatio, que maior sit, si ab illo ipso telo dum redit corpus laniat
ur. Hoc modo extrahitur telum vel manibus si foras promineat et in sola car
ne infixum sit, vel volsella cum profundius inhereat, vel aliis instrumentis.
sed antequam ad dilatacionem perveniam debeo suponere quod Galeniste chi
rurgi dividunt vulnera in simplex et compositum, vulnus simplex inteligitur
a Galenistis, cum preter continui solutionem in carne â vulnerando product
am nihil aliud adjuntum habet. compositum aserunt esse, cum preter conti
nui solutionem in carne productam, fracturam ossis, nervi incisionem, vene
vel arterie conspicue lacerationem, vel capitis penetrationem, viscerum lesionem,
et similia accidentia coniunta habeat.
Distingunt itaque secundum prefatam vulnerum distinctionem curandi etiam
modum, nam simplex vulnus, per primam intenticonem esse curandum exis
timant, compositum verò per secundam; per primam intentione inteligunt
eam remediorum applicationem, que absque ullo respectu ad aliquid aliud,
soluti continui unionem efficaciter promovet. Per secundam intentionem inte
lligunt eam remediorum aplicationem, que primariò unionem continui solu
ti non respicit, sed accidentium coniunctorum ablationem, quibus ablatis, veluti
secundariò soluti continui unionem intendunt; ad hanc secunde intentionis
curationem cum prolixsitate procedunt, nam digerunt, pus promovent, abs
tergunt, mundificant, et incarnant et tandem cicatrisant.
Ad vulnus quodlibet sive simplex, sive compositum, dum primo vocantur Ga
leniste obi album conquassatum cum stuppâ aplicant, verum eo cassu, quo
copiosius sanguis a vulnere effluit, nam obi albumen sanguinis sistendi
vim habet, nunc indifferenter cuicumque, sive sanguinis fluxum ha
beat

habeat, siue non, obi albumen aplicant, concedo sanguinem a vulnere effluentem
unionem soluti continui impedire, ac necesario primo sanguinem esse sitendum,
deinde unioni vacare, concedimusquoque obi albumen sitendi sanguinis pr
oprietate preditum, quia glutinossum et anodinum est, habet que partes tenues,
sedcum vulnus sanguinis fluxum non habeat, ex eo fortasse, quia sanguinis
vasa conspicua incisa non sunt obi alburnen congruum non cognosco uti, et alio
uid extranei inter vulneris labia albumen inducit, quo intercedente unionis lo
ittionem succedere per incarnantia medicamenta non est facile.
Post viginti quatuor horas a vulnere stuppam cum obi albumine detrhaunt Galenis
te, ac priusquam ad aliud medicamentum deueniant, eorum est consuetudo ut si
angustum vulneris os apareat, illud ferro dilatant absque consideratione, an dilat
atio illa obsit potius, quam prosit, iudicet peritus cheirurgus ac multoties ab ana
tomes ignorantiam temere ferrum adhibent, ac vasa precidunt magno cum
egri discrimine, dum inimico ferro vulnus dilatant, et vulnus vulneri addunt,
et iterum obi albumen utuntur ac per alias 24 horas vulnus cum eo sinunt.
Notare deuet Ill.ma academia ridiculum finem, propter quem vulnera dilatant
Galenistę, dicunt id facere ad obtinendam ventilationem in vulnere, namquo am
plius illud est eo facilius diflari quod in vulnere tradunt, sed in hoc falluntur,
nam tantum abest, ut solutio continui diflationem corrupti promoueat, ut potius
illam impediat imò causet: nam dum integri sumus exhalamus quidquid in
corpore exsalabile est, dum deinde integritas soluitur, statim inflamationes, apos
temata, erisipelata alisque huiusmodi tumores enascuntur, qui prohibitam
nutrimenti diflationem, et succorum vertiginem impeditam arguunt. Itaque
inconsulto cheirurgi ad vulnerum dilatationem procedunt, nilque agunt, nisi
quod paruum vulnus magnum efficiunt.
Sed hoc non obstanti si vulnus sit profundum citra substantię amissione, tunc im
primis animaduertendum, quo spectet vulneris orificium, eiusque fundum, si deo
rsum spectet orificium sic ut sanies libere effluere possit, decenti ligatura, et
sutura quoque si opus fuerit, admotis insuper sarcoticis et glutinantibus, facili
me curam suscipit, si vero sursum spectet vulneris orificium deorsumque fundum,
atque in cauitate eius sanies detineatur, tum videndum utrum partem vulner
atam commodo situ, ita collocare queamus, ut deorsum orificium, sursumque
fundum spectet, adeoque libere exeat purulenta materia, tunc enim expulsi
ua ligatura, nec non conuenientibus impositis medicamentis citò curabitur nec
noua opus erit sectione
si deorsum spectet vulneris orificium neque combeniente situ et figura pars vu
lnerata ita collocari possit, ut orificium vulneris deorsum, eiusdemque fundum
sursum tendat, ac sanies in fundo contineatur, ibidem apertio facienda,
ut puri exitus detur, vel tota cauitas hoc est ab orificio ad fundum usque dila
tanda. Interim si vulnus profundum sit et angustum adeoque incisione dila
tandum cauendum ne nerui, aut vene, arterieue maiores lędantur, aliter petiis
immissis crassioribus curandum ut vulneris orificium non consolidetur, nisi
bene de terum et carne impletum fuerit, vel cum dilatare angustum vulnus
incisione non audeat, sicut aliquando vidimus in fistula, ob vicina vasa maio
ra, et ob subiectas nervossas tendinossasque partes vulneri immittatur med
ula sambuci, aut turunde ex radice gentianę vel expongię preparatę, quia in
tumescente et vulnus ex voto medentis ampliatur, hoc etiam in ulcera cariosso,
et in vulnere angusto pectoris, sed spongia vel alia turunda sit ligata, ponitur ad
extrhaendum sanguinem vel pus ex pectore, sed cum cautela, hoc est semper filum ali
gandum esse satis longum, ne ea ob perpetuum thoracis in respiratione motum,
incidat in pectoris cauitatem, mortisque causa fiat, tale exemplum refert Hil
danus Cent. 1 obs. 46, cuiusdam, qui duas turundas in cauitatem thoracis
delapsas post tres menses tussi reiecit. et Cent. 3 obs. 36 aliam narrat historiam
de quodam in pectore vulnerato, qui duas turundas satis longas ultra bienium
secum gestauit, a quibus tandem, ne gry quidem alteratus, casu potius quam
arte fuit liberatus, atque ita sanati restitutus. Tulpius quoque obs. med. lib. 2 cap.
15 meminit cuiusdam nobilis dani qui post mensem sextum, turundam in thor
acis cauitatem per cheirurgi imperitiam delapsam per os excreavit.
etiam Pigreus prax. chir. lib. 4. cap. 14 de milite qui sclopeto in thorace vulnerat
us, tribus quatuorve a sanatione mensibus, per arteriam asperam satis cra
ssum, tribusque ad minimum digitis longum, costę fragmentum excreuit, atque
ab eo tempore nullum amplius incommodum persentit.
Insuper aliquando circa turundę aut canulę usum in vulneribus thoracis eas
obliniendas esse medicamento apropiato, et ne nimis longe sint turundę ut
pulmonem ledant, impositas hoc modo canulas, fiat tegumentum quod iniurias
aeris

aeris ambientis arceat, et super plagam patiens decumbat, quo materia propio pondere ad vulnus feratur, et per interballa quoque, ore naribusque oclusis spiritus comprimatur, quo pulmo intumescat diaphragma contrahatur, sicque ad vulnus contenta materia exprimatur. sed observandum ne quid extraneum ut lociones intra thoracem maneat, eo quod ipsa ob admixtam purulentam materiam corrumpatur et prava inducat simptomata.
In vulneribus thoracis cum parva pulmonis et diaphragmatis ad partem cavnossam incissione, ut non solum promoveatur materies ad vulnus ex se latum aut scalpello dilatatum, aut per nobum foramen, aut per urinarias vias exclussio, verum etiam per siphonem in thoracem infundatur.
si vero ob plage angustiam contente materie non ita pateat exitus, ut dixi, congrua sectione vulnus est dilatandum, sed si vulnus sit in parte superiore pectoris potius in imo thoracis loco, debet chirurgus facere apertionem inter septimam et octavam costam; ubi recesserint simptomata detrahendus tubulus, quumque materia minui incipiat, sensim turunda inminuenda, et carnis generationem incumbendam, ut foramen claudatur, si enim vulnus fiat inveteratum, evadit fistulossum et non aut saltem dificulter glutinare potest.
Vulnerari potest caput pluribus modiis, vel enim tantum cutis, vel cutis et pericranium, vel cum his etiam craneum, vulnera que sunt in craneo, vel totus craneum penetrant, vel non, que penetrant vel sunt cum crasse meningis lesione, vel sine ea, si leditur crassa menix, ea vel sola vulneretur, vel simul cum tenue meninge, non nunquam et incluso quoque cerebro, species vero solute unitatis, que in cute et pericraneo fieri possunt, sunt incissio, punctio, contussio, at in cran quinque recenseri solent, ut fissura, contussio depresio, sedes teli, et contrafisura.
quomodocumque cranium, meninges et cerebrum lesum sit, galeniste si corpus cacochymum sit, purgant, vel si plethoricum venam secant, etiam si vulnera sint levia, ne ad partem affectam fiat humorum attractio et prava eveniant simptomata, et multo magis id efficiunt si magna sint vulnera. Imo in omnibus capitis vulneribus evacuationem censent necessariam, in quibus sectio, dilatatio et ossis abrasio facienda est, et precipue si causa adest, ob quam humorum afflux sus timeatur.
Duplicem assignant in cranio incissionem, abrassio et terebratio, abrasione in ossium fissuris utuntur, et tam diu abradunt, donec fissuram penitus adimant, et os albicans, et parum sanguine rubicundum evadat, sed pericranio prius soluto, quod eque ac vulneris labia instrumento derrasorio tangi non possint. terebratione in magnis et profundis ossium contusionibus, et fracturis utuntur.
modus perforationis Galenistarum est derasis capillis, cutis in crucis formam ad pericranium usque est incidenda, vitatis musculis temporalibus, et suturis, et pro hac vice vulnus ligandum, nisi sanguinis effusio, que chirurgum aliquando diem unum atque alterum detinet, tam pauca esset, ut simul etiam pericranium a subiecto cranio deduci possit. Post aliquot horas, cranio iam denudato membranis obturentur egri aures, ne strepitum et stridorem tam in abrasione, quam in terebratione sentiat, qui fit, dum operatio peragitur et vulneris labia, ne arescant et humores in ipsis recrudescant, madefiant oleo rosaceo, desuper imposito linteolo, vulnerati caput supositio cervicali firmo imponitur, et a ministro valide firmiter tenetur &. hic est modus necandi egrotos in vulneribus capitis cul fra chiru &. ratio est quia perforatio crani est operatio anceps et periculosum remedium, sepiusque comitem sibi adsciscit mortem, vel saltem hec chirurgia non absque gravi vite periculo exercetur, letaliter itaque perniciora est, et perpetuo lethalia infert simptomata, ut inflamationem, et cerebri concusione et cetera, que omnia mortem intentant.
unde Galeniste, ne forte si patiens occubiturus sit, et funus ipsis adscribatur, coram adstantibus semper se de periculo protestant, et funesta, ac certa se muniunt prognosi, et ex centenis quibusque vulneratis qui huic la-

ni

niene se submittunt, omnes fere moriuntur, et vix unus euadit.

In desperatis casibus, ubi nulla salutis spei superest, vel in multis alijs morbis aquibus se extricare non possunt, ne egrum medicaminum ope destituant, quia incertam morbi notionem possident, ad dubium confugiunt remedium potius quam ad nullum, et illud Celsi preceptum repetunt, Anceps prestat, quam planè nullum experiri remedium. Consultius et optimè scripsisset si dixisset, nullum plane prestat, quàm anceps experiri remedium; ubi enim morbi natura exactè non percipitur, incognita est, et nulla notio habetur, tunc nulla adhibenda sunt remedia, vel saltem que nullatenus nocere possunt, magnis interim vitatis presidiis, non vero ambigua, que absque indicatione ad ignotam morbi essentiam collimare non valent et potius ledere, quam iuvare possunt. et ipse Hippocrates dixit in morbis, in hoc te exerceto, ut prosis, saltem non noceas.

In cranii fractura ita ut ipsum cranium in minimas particulas sit fractum vel contusum in superficie vel ad utramque laminam usque, vel os frontis, occipitis, parietale, atque petrosum, sive in planitie, vel sutura, vel sit rima recta, vel curva, lata, vel angusta, longa, vel brevis, in uno osse, vel ab uno ad aliud per suturam transeat, vel fiat in una, vel utraque lamella, sive manifesta, sive inconspicua, sive sedes teli sit in cranio soluto, secundum longitudinem latitudinem, et profunditatem; sive os in ipsius natura maneat, vel succisum, ut adhuc hereat aliquà parte sano, vel totaliter recisum, vel quomodo cumque, et in quacumque eius parte continuum sit solutum nunquam curatio per trepanationem institui deuest, et nec opus est dilatare, solum in tribus casibus ut dicam.

Interrogo ad Galenistas cur in aliis ossium fracturis non exercent hanc seritatem, tantum in miserum caput spicula dirigunt. Fracte coste, cutem, carnem, et os non detegunt, et hec fractura propter saniem empyema inducere posset. Si maxille inferioris, humeri, femoris, tibie, et coetera ossa durissima, preter capitis ossa, que non ita dura sunt frangantur, findantur, perforentur, vel comminuantur, nullus est chirurgorum, qui carnem secat, et ossa detegit, ad sanguinem, vel saniem eliminandam, quia etiò sanguis in istis partibus effundatur, vel sanies generetur, à calore absumitur et resolvitur. Imò ossa fracta mediante callo coalescunt, et sensim adeò callus induratur, ut os secat, ac si verum foret os.

mea sententia in vulneribus raro convenit dilatare quia invasit nostris temporibus alius modus curandi vulnera capitis, imo et cetera omnia per medicamenta quedam preciosa, seu balsama et quintas essentias, quibus nonnulli à principio usque ad finem sanationis utuntur, et in vulneribus capitis quibuscunque, seu penetrent, seu non, abstinent à sanguinis missione, purgatione, et dieta, nec unquam vulnera dilatant, vel secant, vel os perforant, sed imponunt sua illa balsama: Aliqui in hanc formam, cum vulnus magnum est et profundum, dilatant manibus tantum, et infundunt aquam balsami, inde superinfundunt pulverem quemdam ex aloe, mirrha et thure, postea imponunt linteolum mundum, et rursus balsamum fundunt, linteolum apponunt, et novos pulveres inspergunt, imposito denique linteolo ligant vulnus, et ita ligatum in tertiam diem servant, postea solvunt, et eodem modo curant, atque ita usque ad finem pergunt. aliqui neque ullam servant victus rationem, nec corpus vacuant, imo nec aerem ambientem frigidum curant, fenestras domi apertas servant hec mea sententia est bona, sed non aprobo quod aliqui faciunt, quod est aprobare pleniorem victus rationem, nec abstinentiam à vacuationibus, neque etiam quod eger ambienti aeri se exponat.

Hoc balsamo …mus usus est ut refert Falopius tract. de capitis vulneribus suis temporibus Joanes Baptista Romanus chirurgus, et illo suo medicamento spatio quatuor annorum viginti millia scutorum aureorum lucratus est, quod balsamum describit ipse Falopius loco citato

et talem-

et talem medendi modum magna ex parte probat, et illo feliciter se usum scribit, et utendum monet exceptis tribus casibus, primo quando in vulnere est aliquod frustum ossis, quod pungat membranam, secundo quando os contusum comprimit cerebrum, tertio quando adest inflamatio in alliis casibus mihi etiam probatur talis medendi modus, nam valde periculosum est et dolorosum remedium aperire calvariam, et exponere aeri frigido, nec timendum est quod sanies, seu sanguis extravenatus corrumpat cerebrum, quia hoc medicamentum absumit omnem saniem, et a putredine defendit.

Sed quia balsamum quod proponitur a Falopio valde operosum est, et magnę impensę, alia huius generis proponam paratu magis facilia, et minoris pretii, quę mirum in modum sanant omnia vulnera, et quibus unusquisque divitias sibi comparare poterit, dummodo habeat aliquam destillandi cognitionem, et chimicę peritiam, et si etiam illa careat ab huius artis peritis conficiendum curet, vocatur prima aqua divina. secundus dicitur licor primus dicitur aqua vulneraria prima, secundus aqua vulneraria secunda, tertius vero medicina balsamica, his tribus licoribus curant Chirurgi omnia vulnera per primam intentionem. et ego curo cum istis remediis per primam intentionem vulnera et etiam cava, nam unit vulnera omnia, vel per suturam vel per fibulas, et autor istius aque reprehendit antiquos Cheirurgos, qui ex uno vulnere multa faciunt, dilatando et secando, natura enim inquit ille amat unionem, et non dilatationem et partium segregationem, quare oportet statim suere vulnera, vel fibulis unire, et adhibere medicamenta tenuium partium exsiccantia, conservantia naturam partis, omninoque a digestivis et mundificativis abstinendum, quoniam experientia demonstrat, hoc genus esse admirabile curandi, quod vetustissimi Cheirurgi et celeberrimi non cognoverunt, siquidem tanta est horum medicamentorum vis, ut secundum aliquos ut dixi, nulo servato ordine in victu, vel alia evacuatione omnia vulnera citissime, et tutissime sanat. Primum remedium aqua divina. ℞. aquę vitę optimi et generosi vini pluries circulatę, ita ut supra pessulam positę accendatur quantum vis, ponatur in boccia vitrea, vel pellicano, et ponatur vas sub fimo equino callido per dies viginti, ita tamen ut superior pars pellicani sit extra stercus aeri exposita, apparebit post viginti dies aqua cerulea supra feces, quę erit coloris albi, tunc oportet paulatim per inclinationem aquam istam sine fęcibus separare, et reponere in vas vitreum bene obturatum ad usum, dum fuit in fimo equino obturetur. curat omnia vulnera, sine dilatatione vulnerum.

Secundum medicamentum ita fit. ℞. terebinthinę lib. unam olei laur. ℥iiij galbani ℥ij gum. arab. ℥iiij thuris mirrę an. ℥ij gummi hederę, ligni aloes, galangę cariofillorum consol. min. cinnamomi, nucis mos zedoarię, zinziberis, dictami albi an. ℥i moschi, ambre gris ℥i omnia fundantur in bistortam vitream cum lib. VI aquę vitę ter circulatę, ut supernatent in infusione per novem dies, deinde destilletur per cinerem igne lento cum capello et recipiente, bene obturato, tunc emanabit aqua clara limpida, quę destillanda est quoad colorem mutet et flavescat, postmodum aufferatur recipiens et illa aqua clara ponatur in vase vitreo bene obturato, ut nihil respiret. et iterum apposito recipiente, excipiatur secundus liquor flavus, dato igne paulo maiore, quo ad vapores nigri, et licor subnigrescens exire incipiat, tunc aufferatur recipiens, et ille liquor flavus in alio vase vitreo reponatur, et apponatur rursus recipiens bene obturatum, et ignis augeatur donec feces exsiccentur: ille humor qui erit subniger reponatur in vase vitreo separatus. Primus licor dicitur aqua vulneraria prima, secundus aqua vulneraria secunda. tertius dicitur medicina balsamica. His liquoribus curantur omnia vulnera per primam intentionem, et cum pulberibus ex thure, aloe, mastiche et sarcocolla, deinde pessulam eadem aqua madidam superimponunt, inde pessulam siccam duplicatam apponunt, et ligant usque ad tertiam vel quartam diem, madefaciendo quotidie semel fasciam supra vulnus cum eadem aqua, tertia vel quarta die

die soluunt, et eodem modo curant, ligant, et ma de faciunt, nec soluunt vs 6.
que ad secundam ve. tertiam diem, postea soluunt, et quotidie curant, et
eodem medicamento procedunt, usque ad integram sanationem, nec ali
quū sanguinem mittunt nec purgant vel dieta utuntur.

Compositio Olei Aparitti de cubia ad sananda omnia vulnera sine dilatatio
ne.

℞. olei veteris lib. iij vini albi antiqui et optimi ℔ ij, resinæ abietinæ cuius
penuria, sit therebinthinæ ℔ ij thuris optime triti, et crebrati ℔ semissem,
valerianæ et cardui sancti an. ℥ iij, tritici puri p. iiij, perforatæ et salviæ,
ana. lib. semis. ex omnibus his suma diligentia, et ratione inquisitis atque
selectis fiat oleum.

Usus vulnus vino calido albo labandum est vulnus: quod si plaga latens fu
erit, per cathetere vinum erit immitendum, si vera pateat, sat erit partes vu
lneratas oleo fouere et illico vulnus a vino erit exiccandum. Mox cum oleo,
quod calidissimum quantum patiens sufferre possit, oportet paratum habere
vulnus implendum, supraque linteola oleo imbuta imponenda. Vires
tam valens est in vulneribus capitis, et nervorum precipuè et aliarum co
rporū partium persanandis, ut simile quidpiam incantamento videatur
si autem vulnus in capite fuerit, craneique fractura adsit, nullo pacto caput est
aperiendum nec terebris utendum, sed oleo, et vino albo ut dictum est plaga
curare ita plurimi authores, experientia, et Ludovicus Lemosius lib. 6. Com.
de morb. medend. disp. 3 cap. 6 dicit adeo enim valide exiccat oleum, ut n
eque saniem neque pus intus permeare sinat, aparenti vero cerebri aliqua
membrana, craneoque in plura fragmenta diuisio, non alio quam oleo ute
ndum. et quod mirū est cum Illustrissimi Marchionis Domini mei ser
vus quidam curatus fuit, viuatque adhuc, et si cerebrum fuerit detectum, et
craneum in plures partes diuissum, solum hoc oleo curatus. oleum namque par
tes calvariæ, que sunt fractæ, ac diuisse, aut foras educit, aut eas mirifice unit. et
Item ossium squamas sursum atrahit, ac in pristinum locum revocat, et fragmen
ta, tum in capite tum in alliis corporis ossibus educit. in summa omne genus vulnerum exs
actissime persanat, et si una pars capitis fuerit icta, altera vero fracta, si hoc oleo nimis calido
(derasis capillis) perungatur, in pristinam sanitatem reuocat. Quod si nullo nomine esset hoc
oleum laudandum, hoc certè sufficeret, quod qui eo utuntur, nunquam ad perforationem caluar
iæ deueniunt, neque capitis dilatationem. hoc oleum vocatur apud aliquos, oleum cheirurgorū.
ubi necesario dilatandum est, cum mediocre fuerit vulnus, et recens exciderit intestinum, manibus
et digitis impellendo est recondendum, id quod dificulter non raro peragitur, quoniam per exiguum vu
lnus paulatim, et multum exit, inflatur, intumescit, ventoque repletur, quo casu prolapsium intes
tinum fotu calido, ex absynthio, scordio, ruta, maltha, floribus camomilæ, meliloti, semine cumini
similibusque in vino coctis, continuo foueatur, si forsan flatus ita discuti possint, dissipatis flatibus te
ntanda erit intestini reductio.
quod si nec hoc modo inflatio cesserit, adeoque reponi nequeat intestinum, vulnus tantum dilatan
dum, quantum ad intestini repositionem opus est: quod ut dextrè fiat, vulneri digitum inponat cheiru
rgus, ne forte intestinum ferro attingatur, vel utatur scalpello incurvo, altera tantum parte aci
em habente, in cuius extremo adsit globulus, nec intestinum mucrone sauciatur; facta idonea dila
tatione introducatur intestinum, vulnus consuatur, ac conveniens medicamentum apponatur. at
ne prestantior pars simul afficiatur, animadvertere oportet, priusquam fiat restitutio, num sangui
ne fedatum sit, aut aliâ re conspurgatum intestinum, vel ipsi adhereat peregrinum aliquod corpus
culum, tunc enim prius, sedulo ab omni sorde et peregrinis corpusculis est abluendum.
chalmeteus enchir. chir. lib. 2 cap. 23 omnia abdominis vulnera uniendo et consuenda esse vult. ne
que ex sanguine in infimi ventris cauitatem efusio magnum damnum inminere inquit, si illic qu
oque retineatur, cum natura ipsum in inguina transmittet, atque tumore excitabit, qui cura
bitur ut abicesus, in thorace nullo modo detineatur, et si necese sit dilatetur.
Igitur si telo scindente vulnus inflictum sit ventriculi fundo, et totus promineat ventriculus, vu
lnus consuendum est, eo prorsus modo, quo saucia intestina consuī solent; si vero non promineat
ventriculus, vel par [illegible] vulnus ac angusto, et perforante instrumento factum, adeo que cons
ui nec possit, neque opus sit, vulnus abdominis ita consuendum ut in vulneris inferiore parte re
linquatur orificium, quo pus expurgari posit, atque intra hoc orificium, immitenda necesa
rio est turunda, quæ intra ventriculi vulnus nequaquam ingredi debeat, sed ut saltem ad id
perveniat sufficit ea que inungatur balsamo sulphuris, vel peruuiano &c.

Hepatis et Lienis vulnera licet ut plurimum sint lethalia, parva tamen et superfi
ciaria aliquando sanari solent, atque ideo æger non est derelinquendus, si ergo magnum
sit abdominis vulnus, et per id viscera hec erumpant, quamprimum intromitenda, ne
ab aere alterentur, deinde vulnus consuendum, et in inferiore eius parte orificium relin
quendum, in quod turunda suprascriptis medicamentis inuncta, immittenda et glutinatio
naturæ remitenda.
In vulneribus sclopetorum, si globulus aliquod membrum totum penetrauerit, ita ut vul
nus utraque parte pateat medicamenta per setonem vel setaceum ex lino, vel serico parat
um adhibent, et quoties detergunt, hinc inde setonem illum trahendo mouent, et no bo me
dicamento illinunt, verum a setonum usu prorsus abstinendum censeo, imo horum usus
a chirurgis recessit, nam puri exitus præiuditur, et dolores ac inflamationes excitant
ur, præstat itaque turundas utrinque immitere, adimus et nos, quod hoc prendii
genus summa cum molestia gestatur, quia perpetuo ipsius vulneris labia lædit, nec
medicamentum per totum vulnus deferre potest, atque ita procedunt in his vulne
ribus, donec pus aliquo modo laudabile apparere incipiat.
Etiam nervus vel tendo si punctim vulneratus fuerit, considerandum si punctura est
aperta vel cæca, ceca fieri solet ab acu, sagitta, pugione aut similis instrumento: quo
in casu cutis est dilatandum, ad subiectum usque nerum, vel tendinem, ut sanies ex
sires et medicamentorum particulæ ad puncturam penetrare queant. alliqui si
punctura non curetur aplicant cauterium ut Pareus in Carolum nonum Regem Ga
llie.
In ulcere cum ossis carie quia os corruptum toli deuet, primo detegendum est
denudandum est si carne operiatur, ulcere dillatato, sed dilatacio aliquando non
potest fieri si sit iuxta nervosas partes ut in manibus et pedibus vel in iuncturis
et in magnorum ossium capitibus, vel circa musculorum capita ac nervos et tendines
et circa magnas venas et arterias quia sequerentur mala, tunc aperiatur cum
radice gentianæ vel rapici et postea cum caustico.
Sinouia neque crescit, nec in pus transit, ac corruptiuam qualitatem habet, quaner
vos corrumpit indubie, nisi comfestim illud abertatur, quod fit si sub tumore mediante
scalpello fiat profunda dilatatio ad cauitatem usque, coniecta que sinovia emittatur ac
probe exprimatur, quo facto unguentum mundificatiuum imponatur, vulnusque emplastro
sanatiuo contegatur, ac non cataplasmate calido, talia foreficant nervos, ac corrupti
onem promovent.

Hoc opus est Josephi [illegible] cheirurgus in Ciuitate Cesaraugustæ
in Regno Aragonum.

Hæc litera non est bona, sed legere potest

In operationibus chirurgiæ et in vulneribus aliquando succedit hemorragia sanguinis vel est in
vena vel in arteria, horum vero vasorum vulnerum curatio dirigenda est, et ad immodicum cru
oris effluxum cohibendum, et ad apertum vas occludendum, et si vulnus vasis nondum coaluer
it, ut sanguinis fluxus prohibeatur, omnia ea sunt facienda quæ eius motum impedire ac
inhibere possunt. Impeditur sanguinis fluxus, si convenientibus remediis, et deligati
one orificium vulneris occludatur.
quo ad aperti vasis occlusionem, ea fieri potest, vel labiorum simul adductione, et co
aduntione, vel orificii obstructione, adducuntur labia nonnunquam sua sponte [illegible]
[illegible] se invicem accedunt, quando ob nim
[illegible]
iam sanguinis profusionem tunicæ vasorum concidunt, sicque labium super labi
um cadit. Chirurgus vero id facit manuum opera vel digitis vulneris labia et va
sis orificium eo usque comprimendo, ac [illegible] aditu [illegible] factis, et aliquo
[illegible] vulneris labia comprimendo, vel sutura vulneris
[illegible] supra vulnus revolutis,
labia simul adducendo.
Si non speramus hemorragiam sedari posse aducendo ad mutuum contactu
vulneris labia, vel digitis, vel deligatura [illegible]
atur: volsella seu alio quopiam [illegible]
lulum eleuetur, deinde filum undique [illegible]
[illegible] ac sanguinem sistens medicamentum imponendum, [illegible]
enda, donec ex se cadant, atque apertum vas penitus occlusum sit, sed hic
sanguinem sistendi modus imprimis locum habet in arteriarum vul[illegible]
si vero apertum vas vinculo ligari nequeat ob venæ arteriæ [illegible]
situm, tunc integrum vas obliquæ prehendendum, ut hoc modo vasis disectrix
tre

extremis retractis et sub carne absconditis, hinc et occlusu sanguis 7
supprimatur.
Scultetus in armament. Chir. tab. 18 fig. 4 describit atque depin
git instrumentum ad carpi arteriam consulto aut fortuito apertam
comprimendam, idque in arteriarum carpi vulneribus utilissimum
esse ait, in explicatione tab. ultim, ubi etiam refert patavii suo tem
pore fuisse exercitatissimum arteriotomum, qui ex consilio cheiru
rgorum arteriam in carpo non nunquam incidebat factaque san
guinis evaquatione, hoc instrumento vulnus ita comprimebat, ut ne
gutta quidem sanguinis citra cheirurgi voluntatem profunderetur, ne
que ullum ex compressione simptoma eveniret, et qua ratione, hoc suo
instrumento vulneratam in carpo arteriam comovessit sanguinemque
suppressit explicat post armament. Chirurg. observ. 89. insuper et alia
instrumenta nunc passim habentur quae vulneratam in carpo arteriam
tuto comprimere, hinc curare queunt.
Hi omnes sanguinem supprimendi modi, praecipue in vulneribus absque
substantiae deperditione et ab instrumento dilatante incidente factis com
veniunt, verum si portio quaedam substantiae ipsius vasis sit deperdita, tunc
vulneris labia ad invicem ducenda non sunt, sed obstruendo vasis aperturam
sistenda sanguinis profusio. haec autem obstructio fit per sanguinem intus conc
retum, digitus enim fissurae imponitur, ac tamdiu detinetur donec circa dig
itum sanguis concrescat, quo facto prudenter digitus auferendus, et si op
us videatur alia medicamenta imponenda, sin minus relinquendus est
grumus, donec sponte decidat; hoc fuit consilium Leonardi Botalli ut re
fert illustris Satrapa Hoofdius in historia Batava lib. 19.
vulneratam venam iugularem in collo celsissimi Principis Auriaci Gu
lielmi primi imposito supra eam digito obturatam, atque sanguinis
ex eadem fluxum inhibitum fuisse.
Nisi hoc modo succedat extrinsecus vasis orificium obstruendum vel red
ucendo vulneris partes carnosas, aut cutem supra vulneris orificium quod
cum fieri possit, optimum est, quoniam aut difficulter conglutinantur, at si
vulneris figura hoc non patitur, sicco linteo discerpto vulnus implendum
aliisve conglutinantibus medicamentis utendum.
si vero nec his auxiliis sanguis sisti possit, ut quando magna vasis portio est
abiata, ad crustam vel escharam inducentia est deveniendum, quae tamen cu
ratio admodum tuta non est, nam si forsan contingat, ut priusquam sanguinis pro
fusio sistatur crusta cadat, augetur utique hemorrhagia, quod ex vasis vitio
ne amplius factum sit orificium. quapropter huiusmodi remediis non ute
ndum, nisi reliqua frustra fuerint experta; efficiunt vero crustam aut
ferramenta candentia aut caustica medicamenta, quibus praeter vim
erodendi facultas adstringendi sit coniuncta.
Inducta escara, quam citissime carnis generationi danda opera, ut prius
nam crusta cadat, vas carne occlusum sit, hinc escarae casus festinandus
non est quoniam maius fieret sanguinis profluvium, verum curandum ro
sius diutius adhaereat.
Cum igitur prima lesionis hora ad vulneratum ex [illegible]
[illegible] vulnus statim carpi [illegible]
sanguinis [illegible] comprimatur, ac disiuncta teneantur vulneris labia
capiti vero mappis laneis imponatur, altero die sanguine cohibito, capillis
que in ambitu derasis, vulneri imponantur petiae digestivo ex therebinti
na ovi vitello, ac mel[illegible] et spiritus vini [illegible], illitae, desuper
aplicantur emplastrum diapalma, vel simile, et supra fomentum sequ
ens.
℞. herb. betonicę M.j Ros. marini, maioranę [illegible] an. M.j [illegible]

ammoniaci, stechad. arab. an. M. j bacc. Iuniperi ℥j [illegible] lib. iiij coq. s. A. in diplomate, pro fomento, atque ita perveniam donec pus appareat bonum, album et non fetidum, quo apparente, pro vulneris mundificatione digestiva pinguedo detergens admisceatur, donec vulnus detersum ac mundum fuerit, hincque carnis generationi studeat chirurgus, quapropter balsamum peruvianum, similem et sarcoticum, filamentis ad digestivum [illegible] apponat, [illegible] desuper [illegible] fomentum, [illegible] atque [illegible] utendo ad perfectam usque carnis generationem, hinc vulnus [illegible] cicatrice obducendum.

Si vulnus sit contusum etiam competunt turundae ut dictum fuit in hunc modum, vulnere abunde supurato ad detergendum deinde [illegible], qualia sunt unguentum aureum, vel apostolorum, mel rosaceum et similia, quibus penicilli sive turundae [illegible] vulneri immittendae, ac desuper sicca linimenta vel arida stupa imponenda et contentiva [illegible] continenda, [illegible] vero ac detersa [illegible] imposita [illegible] ad cicatricem producendam.

Etiam turundae competunt in vulneribus sclopetorum, et ex cornu tauri quae contusa sunt, et tractantur sicut ambusta vulnera, competunt turundae in quasi omnibus operationibus [illegible] chirurgicis, maxime in [illegible] [illegible] [illegible] etiam turundae in vulneribus in quibus datur extraneum et [illegible] per primam intentionem [illegible].

Etiam competunt turundae in lithotomia apud [illegible] et [illegible] itemque apud Dominum Dionis et Le Clerc, etiam Mangetus in libro 3 cap. 22 fol. 222 suae chirurgiae et imperat, educto calculo, chirurgus tam in mulieribus, quam in viris, vesicam [illegible], et an quae supersint reliquiae, exploret, mulier [illegible] lectum deponenda, [illegible] ventrem ac lumbos oleo rosac. [illegible] amygdal. [illegible] turundam satis longam ex linteo molli confectam ac digestivo [illegible] in collum matricis immittere conveniet, hoc intelligitur de calculis qui per collum vesicae educi possunt.

Dilatantia [illegible] conveniunt dummodo non sit operatio iuxta nervos [illegible] [illegible] vel in [illegible] et magnorum [illegible] capitibus, vel circa musculorum capita ac nervos et tendines [illegible] non possunt, eodem modo intelligitur [illegible] quae secta fieri non potest.

Tunc [illegible] ut utatur spongiis preparatis, radicis gentianae, rapi et [illegible] cum cautela [illegible] caustica sunt dilatantia, sed administrari debent cum cautela [illegible] sine cautela quia nec affert dolorem neque [illegible] facit escharam magnam, ut constat in ulcere carioso, [illegible] et aliquando cum ipsa eschara exit caries.

Alia caustica cum magna cautela applicanda veniunt ut aurum pigmentum et arsenicum crystallinum, specialiter in collo quia quamvis applicentur [illegible] venenorum maximum corrosivorum, eorumque operatio in venena convertit, nam preter acrimoniam urentem, causticamque facultatem, tanta quoque malignitate vitae nostrae balsamo infensum est [illegible] excitet febres, et plurima alia prava in [illegible] et in nimia quantitate multa prestare potest, praecipue in strumarum loco causticat arterias carotides, venas jugulares, asperam arteriam, [illegible] ob suam diffusionem, et ob vicinitat. cor, et cerebrum laedit, unde convulsiones excitantur, sudores frigidi, palpitationes, deliquia, spirandi difficultates, [illegible] sitis inexplicabilis, [illegible] faucium, et [illegible] tes, quapropter, nullum salutare medicamentum [illegible] sem eliminare potest.

de tentis et de dilatantibus discursus primus

suponamus quod aliquis sit vulneratus sub mamma dextra ense, vulnus penetravit intus, induxit diffi
cultatem respirandi, febrem, tussim cruentam et dolorem vulneris acutum, sentiebaturque inundatio
in pectore, accersitus chirurgus prima die vulnus suturis agglutinavit, perseverabantque simptomata
ista, secunda die presertim post clausum vulnus. Pars afecta sensui patet in parte externa circa quartam
costam musculi intercostalis, vero simile est esse affectum aliquod vas quia multa continebatur in thora
ce materia, quod ex simptomatibus colligitur. Affectus est vulnus penetrans ad interna thoracis, magnum
ratione symptomatum, et ratione partis affecte, potest etiam dici magnum in essentia, quia vulnus profu
ndum est. Causa externa fuit ensis a quo non sumitur indicatio, nisi ad cognitionem affectus, causa an
tecedens et coniuncta istorum simptomatum est copia sanguinis in thorace collecti, unde difficultas respi
randi, febris, et angustia magna. Quo ad prognosticum vulnus hoc est periculosissimum, quoniam non
solum penetrat, sed magna habet simptomata, et copiam sanguinis in thorace, unde periculum est, ne
vel pereat eger, vel transeat in supurationem, et fistulam, accessit error chirurgi, qui statim
vulnus agglutinavit, cum apertum serbandum esset.
scopi curandi sunt aperire statim vulnus, materiam expurgare ac abstergere, et absterta mate
ria exsiccare, et consolidare, quod si desinat in fistulam, tunc omnibus diligentiis exsiccanda erit,
quod tamen raro admodum succedit, ut palliativa curatione tentanda. ablata sutura apertum vul
nus servandum, ut materia effluat, et collocandus eger pronus capite infra lectum verso, comprimat os,
et nares, ut etiam pulmones comprimantur, et sanguis per vulnus exeat, qui coagulatus et grumosus
factus in thorace retinetur, et seva infert simptomata, postea ... in die injectiones faciende in
tra vulnus intromittatur per siringam, deinde verso egro ut secum trahat sanguinem et saniem
et grumos dissolvat. Absterso vulnere, et expurgata materia abluendum vulnus his que magis ab
[illegible]... vulnus apertum, per turundam, que filo sit extra li
cant, et hoc progressu curationis servandum vulnus apertum, per turundam, que filo sit extra li
gata, ne ingrediatur thoracem, que sit madefacta cum mundificativo, interim victus ratio exi
ccans sit, et detur per os quotidie aliqua potio vulneraria, per os etiam possunt exhiberi, que habent
facultatem expurgandi materiam. ex hoc vulnere patet quam male faciant qui vulnera pene
trantia thoracis statim consuunt, ut in isto casu, nisi vulnus statim precisis suturis apertum fui
sset, eger necessario periisset. Contra ubi vulnera etiam penetrantia, non preseferunt indicium
sanguinis in capacitate thoracis collecti, vel aliquod viscus in eo contentum, non sit lesum, statim suere
oportet, aspersis pulveribus constringentibus, et cerato glutinandum.
Suponamus ex vulnere dicto thoracis ad quartam costam, derelictum orificium minime consolidati
callosum, per quod sanies continuo exeat, orificium vero esse ad partem superiorem neque adhuc febr
em adesse. Pars affecta primo ad visum patet, sunt enim musculi intercostales interni et externi,
inter quartam et tertiam costam, preterea et membrana pleura, seu costas subcingens, nec tam
en pulmo lesus esse videtur, quia febre caret, afficitur quoque thorax quia continet magna copiam
materiei, que continuo per vulnus effluit. Afectus est fistula, quia ulcus est profundum angustum
cum callo, habet enim omnis fistula callum, qui fit a dhescente pure ad latera ulceris. Causa pr
ocatartica fuit vulnus in illa parte acceptum, antecedens magna copia sanguinis que a corde, et a
venis suppeditatur, que corrumpitur in thorace, et putrescit, unde fit causa coniuncta que sustinet
fistulam. Quo ad prognosticum difficillime curabitur propter motum continuum thoracis, et membrane
pleure, que difficile consolidatur, et quia magna copia materie suppeditatur, unde non potuit
expurgari vulnus, quamvis optime curatum fuerit, auget difficultatem orificium fistule ad
superiora vergens, unde impeditur expurgatio, imo periculum est, ne succedente febre homine
ad tabem deducat, vel toto vite tempore permaneat, tentanda tamen curatio si fieri potest, sin
minus cura paleativa utendum.
Cura est totum corpus evacuare, atque exsicare, ulcus expurgare, et expurgatum a callo libe
rare. Quod ad primeim attinet, purgandum corpus magis per vomitum quam per alvum, saltem
semel in mense, vel utraque modo. Per sudores quoque cum aliquo decocto temperato diu
ertenda est materia, quale est chine vel salis, cum victu attenuante, et sicco, et per trigi
nta dies sudet semel in die in aurora sine ulla violentia, cibus sit ex avibus assis, potus vi
num hispanicum vel cesaraugustanum quod poterit fieri medicatum cum salsa, ita exsicabitur corpus.
Deinde curandum est ut eger naturaliter respiret, non multo dilatando thoracem, qui
escat in lecto, vel surgat, sed minime moveatur, intra thoracem injectiones faciende vis
in dies his que habent facultatem exsiccandi, abstergendi, et cum his medicamentis fiat de
coctio et per siringam calida intromittatur, et excernatur illico, deinde fistula argentea
in suprema parte perforata intromittenda valido tamen filo ad liganda, ne cadat in thor
acem, ad orificium vero ponenda expongia magna vino, et aqua vite macerata calidis et
expressa, et multoties in die obturet nares, et os comprimat spiritum, ut per canicula
argenteam expurgetur pus, quod si ob orificium fistule supra vergens non possit recte expur
gari, aperiendum et dilatandum ulcus ex parte inferiori transmisso laqueo, ubi hac ratione
res bene cedat et parum materie excernatur callus extrahendus, renovandum ulcus
ablato callo glutinandum ... per vomitum, post
Alter modus curandi hanc fistulam ... corpore ... ventre generali
ea detur quotidie cum iure loco potionis aqua divina ...
quot dies ungatur totum corpus balsamo etiam dicto, intra thoracem infundatur aqua
divina

diuina, et tenta foris alligata oleo de cera, et terebinthina madida intromittatur
et supra pessule balsamo Fallopii madidæ imponantur, quod si neutro modo possit sanari
tunc immisso canaliculo argenteo, cum duobus, aut tribus foraminibus in suprema par
te extraligatus, et apposita spongia gestatur, hac enim ratione, per multos annos vi
tam producet, non enim sunt molestandi medicamentis.
Sed quoniam aliquando in hoc casu chirurgus solet perforare thoracem, et in aliis
multis, et dilatando vulnera, aut pro extrahendo pure; propterea quæritur, qua
ratione dilatandus est locus, ut fiat sine lesione ægri, quoue loco musculi intercosta
les aperiendi sint, est enim controversia inter Falloppium, et Fabricium ab Aqua
pendente, nam Falloppius in dilatando vulnere thoracis penetrante, classe 2 cap.
18 de vulneribus thoracis, dicit fugiendam esse sectionem in superiori parte pro
pe costam, quia vasa magis adherent parti costæ superioris, ideo contendit incipi
endam sectionem a medio spatio musculi descendendo versus costam inferiorem,
et hoc quæso (ait ille) observate diligentissime, quia faciet vos acquirere magnum
honorem, non solum in dilatandis vulneribus thoracis, verum etiam in empiemate
quando sectio facienda est, et extrahendum pus; Alii inter quintam et sextam
costam ut vult Aquapendens, seu inter quartam et quintam, numerando a supe
rioribus, ut alii volunt, alii inter secundam et tertiam, numerando a parte inferi
ore ut vult Ambrosius Pareus, in hanc sententiam trahitur etiam Laurentius
qui ita scribit, sunt costæ in inferna parte cauæ, ut venam arteriam, et nervum
suscipiant, et sinus ille canalis speciem refert. Attendant chirurgi thoracis aper
tionem a summo ad imo ad summum administrare.
Contra Fabritius ab Aquapendente lib. de operationibus chirurgicis, in sectione tho
racis hæc verba profert, denique partium externarum lesionem venarum arteri
arum et nervorum vitamus, si incidamus in superiori costæ parte, non autem in
inferiori inter quintam et sextam costam perforatio facienda sit, addit quæ in hac
spatii, et pars inferior quintæ, superior sextæ. Ideoque omnino vitanda est inferior
costæ pars seu terminus ad superiorem sextæ costæ partem, quia per inferiora inque
intæ costæ partem ut docet Galenus lib. 8 de anatom. administr. excurrunt vena
arteria, et nervus. huius quæstionis solutionem Anathomicis professoribus discu
tiendam relinquo, ego tamen fidem præsto Falopio et Laurentio optimis ana
thomicis, qui preceptum universale tradidere, nisi forte in spatio musculi inte
rcostalis inter quintam et sextam costam, aliter vasa excurrant, vel si tali
qua in situ costarum æquivocatio.
In ulcere sinuoso duplici modo curant chirurgi, quando orificium est in superiori loco vel
in parte inferiore saltem orificium apertum facere, et sinere, vel dilatare totam cavi
tatem, hæc non est medicina, nisi carnificina, quia hoc semper facere non licet, cum inquirere
sinus magnus sit, et pars sine periculo tota dissecari non potest, interdum in imo saltem
sinum aperimus, quo facto sinuque aperto, diligenter is expurgandus et exsiccandus est, ne
quid puris relinquatur, nam si quid relinquitur, inde fistulæ et recidivæ oriri solent. ad puris
euaquationem non parum faciunt fasciæ et pulvini, si hic pars arctè a superiore sinus parte
versus eius orificium comprimatur, et constringatur, sed ego quamvis orificium sit in superi
ori loco solum cum aqua dibina dicta curo, et raro fallit.
Oleum a parici de cubia quia habet virtutes
in alliis morbis applico multoties cum successu et cum Ludovico Semossio si tam calens appli
cetur quantum patiens sufferre possit. Prima est quod omnibus vulneribus capitis confert.
sequentes quod confirmatur tal experientia
2ª omnibus plagis, seu vulneribus artuum, tam superiorum, quam inferiorum nempe brachior
um, et crurum. 3ª in omnibus vulneribus penetrantibus in quacunque parte fuerint. 4 ad sclop
etorum vulnera, valde proficuum est medicamentum. 5 omnibus apostematibus, seu tumoribus pr
æter naturam mirifice succurrit. 6 emorrhoidibus ita proficit, ut omnes sanat. 7 omnibus mor
bis arthriticis utilissimum est medicamentum. 8 cancros omnes curat, euaquato corpore. 9 mor
bis venereis valdè opitulatur. ultima ulceribus et plagis antiquatis maxime confert.
Dilatatio aliquando fit ferro ignito in ulceribus cum tumore a materia frigida si orificium est par
uum, ut in artubus, aliæ dicuntur apertiones quæ fiunt in abscessu et non dillatationes, quia
unum est aperire, vel contra aperire et aliud est dilatare.

Discursus 2.

Convenientt dilatantia.

Vir quadraginta annorum cum febricitasset, accersitus chirurgus ad sangu
inem mittendum, nec vena aparente ob crassitudinem brachii, pro vena
nervum punxit, illico magnus dolor excitatus est, subsequutus postea tumor,
et dolor perseveravit ingens. Pars affecta nervus est, quod colligitur ex sym
ptomatibus, dolore ingenti, erat autem ramus nervi, qui transit prope vena
basilicam.
Affectus vulnus est, et solutio continui punctura dicta, angusta, in qua non ap
paret nervus detect., morbus magnus, quia magna havet simptomata, cachoeti
vel mali humoris. Quoad prognosticum, periculum magnum imminet, ne fiat
convulsio, vel gangrena, accedente inflammatione, aut membrum inutilum
remaneat, attamen si recte curetur sperare licet sanitatem. hoc non obsta
nti debeo dicere, quod punctura nervi est valde periculosa, sicut sunt omnia vu
lnera nervorum, etiam si appareat nervus, et multo magis in puncturis imminet
periculum obsecato vulnere, quia sanies intra colligitur, que expurgari non potest,
et excitat inflamationem, et dolorem, qui dolor ex natura partis sensibilissime auge
tur, hinc inflamationes succedunt, convulsiones, et mortes aut claudicationes, que
motum impediunt, et ut plurimum perveniunt ex ignorantia chirurgorum, ut doc
et Galenus tertio per genera, qui ignorabant veram curationem nervorum, cum
in manibus eius omnes servati fuerint.
Indicationes precipue respiciunt non agglutinationem vulneris, siquidem dimicio
minima est, sed prohibere inflamationem instantem, id quod sit dolore sedando,
saniem extrahendo, prohibendo fluxionem materie ad partem. Igitur ad egrotum
accedentes dilatando vulnus procuravimus ut sanies locus daretur, mox ad dolorem
leniendum oleo antiquo bene calido partem pluries ~~[illegible]~~ fovemus, imo et totu
brachium, usque ad humerum, et spinam eodem calido oleo inunximus. ita pre
cepit Galenus faciendum esse in vulneribus omnibus doloris nervorum, sed in punct
ura oleum devet esse valde calidum. si nervus esset discopertus, inde ipse puncture
tantummodo, non partibus circumvicinis, apposuimus ceratum euphorbi Galeni,
quod habet facultatem exsiccandi, saniem extrahendi, et est tenuium partium
quod sic fit. ℞. euphorbii optimi dragmam una terebinthine, picis ana ʒ VI ce
re ʒ XII. euphorbiu tritum cribretur, et misceatur, et liquentur in duplici vase.
ex hoc portiuncula ponatur in punctura tantummodo, nec occupet spatium
circa vulnus, quia dolorem excitaret, quo facto leniter ligetur vulnus, et ex oppo
sito brachio sanguis mittatur, victus ratio sit tenuissima, abstineat a vino, et ita
perseveret usque ad quartam diem.
secunda a punctura exhibeatur medicamentum, quale hoc est. ℞. mellis ro
sati solut. uncias tres diacatoliconis ʒ ʒ. decoct. tamarindorum quantum su
f. fiat potio brevis quam sumat in aurora, sed hoc non pertinet ad me, nisi ad
medicum. Ceterum bis in die solvatur fascia, et curetur vulnus modo predic
to, animadvertendo operationem illius cerati de euphorbio, quia aliquando
oportebit augere, aliquando imminuere euphorbium, nam si eger sentiat calor
em tepidum in hoc affecto, signum est medicamenti opportuna facti. Contrari
maior calor sentiatur, infringere oportet vim euphorbi, addendo oleum, verum
si minor sit calor tepido, augendo euphorbiu, ideo bene esset habere tres compo
sitiones, unam in qua minimum esset euphorbium, qualis proposita est a me
compositio, quod si addantur euphorbi ʒ ij erit in magno excessu, si vero due me
diocre erit medicamentum.
Pro corporibus puerorum mulierum et eorum qui molles carnes habent, mini
ma pars euphorbii sufficit, pro iuvenibus et dure carnis corporibus, et senibus
maior, pro mediocribus, mediocre quoque pharmacum convenit. et hoc suffi
ciat pro hac observatione seu discursu. Solum dico quod alliquis chirurgi appli

applicant oleum fervens et infundunt eum in vulnere supra nervum. quia
tollit dolorem, vel si non tollatur, nervum precindunt, quia licet brachium
aliquo pacto in motu patiatur, hoc tamen minus malum est, quam sinere ut eger
pereat, sic enim periculum convulsionis evitatur.

Conveniunt turundæ

Aliquis boni habitus et iuvenis percussus fuit gladio, ad dextrum hypochondrium
sub costa, transverso vulnere, et satis lato, penetravit usque ad iecur, in parte gi
bba, ubi superficiale vulnus apparuit, magna fusa est sanguinis copia, que non
facile sisti poterat. Partes affectæ sensui patent, nam læditur in ea parte abdomen,
cutis cum musculis, et peritoneo, preterea iecoris pars gibba. Affectus vulnus
est profundum, penetrans abdominis cum læsione iecoris membri principalis
in quo tamen superficiale est, morbus magnus est in essentia, quia magnum
vulnus erat, latitudine transversæ manus, magnus quoque ratione partis
læsæ, magnus ratione simptomatis ob magnum fluxum sanguinis. De
causis non est, quod simus solliciti: nam procatarctica patet, fuit gladius,
coniuncta, et antecedens sanguis ad vulnus affluens, quatenus curationem
impedit.
quo ad eventum, vulnus hoc valde periculosum est, non solum quia penetrans
est, et læsum est iecur, sed ob fluxum sanguinis, quia periculum est, ne intra
ventrem remanens corrumpatur non tamen necessario est lethale, quia licet
vulnus iecoris existimetur mortale, intelligendum est de magno vulnere, et pro
fundo, ideo illico ad curationem veniendum. Scopi curativi sunt glutinare vulnus
tum intus, tum extra, et unitum conservare usque ad cicatricem, sed quia sanguis
fluit, et impedit operationem, oportet in primis suprimere sanguinem, quod fiet
in hunc modum. Rx. Succi millefolii ℥ij pulv. mastic. aloes sarcocollæ bol. arm.
ana dragmam et semisem, fiat infusio supra vulnus iecoris si ita sanguis cohibea
tur bene est, sin minus, turunda predicto liquore madefacta supra vulnus ieco
ris, apponatur ligatura tamen, et hac ratione non solum sistetur sanguis, sed ag
glutinabitur vulnus iecoris (aliqui in [illegible] fluxu sanguinis aplicant, si vulnus est cum
hemorragia et fluxione sanguinis, solent suere vulnus et imponere pulv. sanguinis
humani exsiccati, ligato vulnere per horas 24, quo tempore solvunt et idem medic
amentum imponunt. preterea pulv. mastices, aloes, thuris, namque serviunt ad agglutin
nationem vulneris ipsaquoque sanguinem sistunt) sanguine compresso, illico con
suendum est vulnus idque, filo crasso, et valido ut acus perforet totum abdomen et
peritoneum primo deinde in altero labro vulneris, fiat perforatio, non peritonei, sed mus
culorum, relicto peritoneo, altera sutura ex eadem parte penetret peritoneum, et in
altera relinquatur illud, et perforet partem carnossam, ita enim facilius fiet agglutin
atio; supra suturam pulveres constrictivos vino austero madidos apponito, et ceratum
barbarum in vino nigro liquefactum, quod si dubium sit de sanguine intra peritoneum
contento, orificium in fine suturæ relinquatur parvum admodum, vulnera enim
abdominis penetrantia, statim consui debent, quoniam si aperta relinquantur, mag
num imminet vitæ dispendium, quod si aliquid sanguinis remaneat in ventre, naturæ
ope poterit transmitti ad inguina, et facto abscessu expurgari.

finis coronat opus

reçu le 22 9bre 1703
N.° 6